

folos; Romanus cum Christophoro primogenito p̄cederent: Constantinus Porphyrogenitus, & duo ceteri sequerentur. Quod quam indignè justus Iudez pertulerit, ultio sublequens declaravit. Nam post modicum Christophorus defunctus est. Constantinus itaque Porphyrogenitus tum orationi, tum lectionibus vacans, tum se Domino commendabat, opere manuum vietum queritans, tanè τῶν ζωγραφιῶν, idest picturam, per pulchritudine exercet. Eodem tempore Simeon cum Bulgari Argos cœpit veherenter affigere. Quem Romanus, filii sui Christophori filia, filio illius Petro, qui nunc usque supererat, uxore data ab incepto furore compescuit, sibique fœdere placido sociavit. Unde & puella mutato nomine ei Ep̄p̄, idest Pax, est vocata, eo quod per eam inter Bulgarios, & Græcos pax sit firmissima constituta.

C A P U T X.

De Walberto, & Gezone Papiensibus, qui seditionem contra Hugonem Regem concitativerunt, & de Hugonis concione.

His temporibus Walbertus, & Gezo, præ nomine Everhardus, Papiae prætentores judices erant. Causa autem potentia Walberti haec erat: Quoniam Cumis, ditissimo in loco, filium suum Petrum Episcopum fecit: Razam verò natam suam Gleberto Comiti Palatii conjugio sociaverat. Ea tamen tempestate uterque defunctus erat. Ticinensis itaque, qui & Papiensis, populus omnis ad hunc convenerat, caufasque omnes, & controversias ante eum decidebat. Participatione denique hujus potentia memoratus Gezo prænomiae Everhardus, quoniam affinitate quadam ei jungebatur, præpotens habebatur: qui nobilitatem suam pravis moribus deturpabat. Fuit enim ambitiosus nimis, cupidus, invidus, seditionis, juris corruptor, præceptorum Dei immemor. Quod Deus non nullus est abire inultum. Et ne diutius prostraham sermonem, Catilina omnino similis, qui sicut Confulem, & Reipublicæ defenorem Marcum Tullium Ciceronem conabatur occidere, ita & hic Regem Hugonem morti moliitus est tradare. Quadam enim die, dum nihil nisi suspicans Rex Hugo Papiae cum paucis degeneret; hic, seditione facta, voluit super eum irrue: Sed Walberto (qui non tam ferocis animi erat) remorante tardatus est. Nec mindis etiam eos Rex Hugo suis rhetorici, ac melle dulcioribus eloquiis ab incepto furore compescuit. Dum enim seditionem super se exortam, atque in domum Walberti congregatam esse cognosceret, hujusmodi omnes per internuncios terribilem convenerunt. Quid est viri fortes, quid tam subito, tamque insperatè contra Dominum, immo & Regem vestrum commoti etsis? Si quippam quod displiceat actum est, confolidetur. Neque enim serenitatem reprehendi potest, præsentim si nulla negligientia patermissa est. His auditis cuncti animi furorem mitigarunt. Solus Gezo, in qua prius fuerat protervia manens, operam dabant, ut omnes super Regem irruerent, eumque turpissima morte trucidarent. Verum disponente Deo affectus ejus pravus effectum habere non potuit. Reversi igitur ad Regem nunci, prout viderant, & audierant, enarraverunt.

C A P U T XI.

De Walberti, & Gezonis captorum suppliciis, prudentia Hugonis, & virtute Samsonis, & fabula Tirefis, cur cœci vitales sint; & de Hilduini, & Ratberii Episcoporum ambitione.

Verum Rex Hugo haec omnia, quasi pro nihilo mente subdola ducens, Papia egressus, longè alio properare festinas; missisque circum circa literis, milites suos ad se venire præcepit. Quos inter Samson præpotens Comes adveneras, qui jam dicto Gezonii amicus erat. Is denique, ut Regem vidit, ita eum convénit: Sollicitum te equidem de rebus urbanis contra te tumultuose, & moleste his diebus actis intueor; verum si me audis, mihi obtemperans, suis ipsi capientur laqueis. Alter enim, qui melius consilium dare possit, quā ego, non facile potest inveniri; tibi nemo certe melius dabit. Unum tamen peto, ut dum capti fuerint mea opera, Gezo cum omni sua uterque, idest substantia, meis tradatur in manus. Quiem dum dari sibi à Rege audivit, adiecit: Leo Ticinensis Episcopus civitatis Walberto, & Gezon non habetur amicus: hi sanè quibuscumque possunt ei modis adverstantur. Scitis denique moris esse, Regi ab aliis locis Papiam tendenti cives fortiores extra urbem occurserunt. Mandate itaque clam Episcopo, ut dum statuto tempore Papiam venientis, & ipsi nobis extra urbem obviam venient, portas civitatis omnes ferari faciat, clavesque sibi ipse retineat, ut dum capere eos cœperimus, nec in urbem confugere, nec ab urbe auxiliū possint expectare. Quod & factum est. Nam dum statuto tempore Rex Papiam tenderet, & memorati ei obviā exirent, Episcopus libenter, ut ei imperatum fuerat, fecit. Rex itaque omnes capere, ut Samson consilium dederat, fecit. Confessum igitur Gezo Samsoni traditus, utroque lumine privatur, & lingua, que in Regem blasphemiam dixerat, ei abfcinditur. O factum bene, si sicut cœci, ita & mutus cunctis extitisset temporibus. Sed o scelus! Quoniam lingua abfcissa loquela non perdidit, secundum Græcorum fabulas, oculorum privatione vitam sibi protelevit; quæ multis ad perniciem usque in præsentem diem esse non definit. Fabulan verò, cur cœci plurimi vivant, secundum Græcorum ineptiam, his inferamus; quæ talis est. Zds. xxi. Hps. &c. haec est interpretatione: Jupiter & Juno contenderunt de amoribus, uter plures libidines haberet in coitu. Et tunc Tirefiam Euri filium quæsiverunt. Ille enim in utraque naturas transmutatus erat, quia draconem calcaverat. Hinc ergo contra Junonem pronunciavit: Juno irata cocavat eum; Jupiter autem donavit ei multos vivere annos, & quæcumque dicere divinando dicere. Sed redeamus ad rem. Gezone, ut prædimus, membris defedato, substantia illius diripitur. Ceteri complures custodia mancipantur. Walbertus postridie capite truncatur, thesaurus ejus infinitus diripitur. Uxor ejus capitatur; & ut thesauros occultos tradat, diversis cruciatis laniatur. Crevit ex tunc non solum Papia, sed & per omnes Italiz fines Regis timor. Neque hunc, ut Reges ceteros flocci pendere, verum modis omnibus honoravere. Eodem tempore Hilduinus Laudociensis Eccl-